

## CONCILIVM PROVIN. COLONIEN.

1. Timo. 1. blasphemos, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, proteruos, reprobos circa fidem. A sine præcepti, quæ charitas est, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, toto cælo aberrantes, in vaniloquium
2. Timo. 3. 4. conuersos, seductores, proficientes in peius, errantes, & in errorem mittentes, Magistros prurientes auribus & in fide (quod bonam conscientiam respulerint) naufragos verbis contendentes, sanis vero sermonibus, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ, neutiquam acquiescentes, superbos, languentes circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemix, suspitiones, malæque conflictationes, hominū mente corruptorum, ac proinde ad nihil vtilis, nisi ad subuersionem audientiū, quorum sermo vt cancer serpit. Nunquid poterat Apostolus futurorum cōscius, hosce Pseudoecclēsiastes a pertius aut dilucidius designare, quos nullus profecto Apelles tam expressim suis coloribus depingere potuisset.

Soli, autoritate ordinaria comprobati, ad verbi ministerium admittendi. Cap. V.

Math. 24  
Lucæ. 21  
Marci. 14

**A**Duersus hos Pseudochristos & pseudopphetas, nos præmuniuit Christus: Videte (inquit) ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo, & multos seducent, vt in errorem (si tamen fieri potest) ducantur, etiam electi. Nolite ergo ire post eos. Vos ergo (vt subiicit commonens) videte, Ecce prædixi vobis omnia. Christi ergo præceptum, quantum nobis ipse concedit, sequentes, quo lupos tam pestilentes ab ouilibus ac diocæsi- bus nostris abigamus, vilius nobis est operæpretium fore, antiquos innouare canones, quibus præcipitur, ne vlli ad verbi ministerium seu prædicationis officium, nisi missi, autoritateque ordinaria approbati sint, admittantur.

Roma. 10

Quomodo enim (secundum Apostolum) prædicabūt, nisi mittantur?

Qui sunt legitimi parochi, & illorum vicarij, modo tamen hi examinati prius & admissi sint.

Cap. VI.

e. licet. §. is  
etiā de elect.  
h. vi.

**O**Rdinarij ergo verbi ministri, ecclesiarum parochialium legitimi rectores ac parochi sunt, quos etiam personaliter apud easdem ecclesias, secundum canonicas sanctiones perpetuo residere volumus, nisi tamen eos magna ratio, veluti quod vel maioris ac publicæ vtilitatis causa absint, quæ & nostro calculo approbati debet, vel quod soli ob parochiæ amplitudinem gubernationi tantæ, non sufficiant, exculauerit. Tum enim qui per illos delegantur vicarij seu vicecurati (modo tamen hi etiam examinati, & tam quoad vitam integritatem, quam Christianæ eruditionis puritatem & zelum attinet, idonei reperti fuerint) nostro permisso eodem officio perfungentur. Qui vero deinceps in vicecuratos assumuntur, Vicarij nostri in pontificalibus ac Theologorum ei per nos adiungendorū, In diocæsi- bus vero Suffraganeo-

rum